



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 20. Silentium ædificat, homines angelis similes reddit, & animam  
solicité custodit.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

*Multi-  
loquiū  
quid.*

ſipientiæ argumentum, detractio-  
nis porta, manu ductor ſcurrilita-  
tis, mendacij miniſter, compun-  
ctiōnis reſolutio, acuitatis intel-  
ligentiæ diſperſio, acediaꝑ; condi-  
tor, diſſipatio mœroris, caloris &  
feruoris frigefactio, orationis ob-  
ſcuratio. Hæc ille. Hi ſunt loqua-  
citiſſimi fructus, & loqua-  
citiſſimi effectus, quibus multa alia  
adijci poterunt, quæ ex ſequenti-  
bus capitibus haberi poſſunt, maxi-  
mè ex 59. Nunc ad commoda &  
fructus taciturnitatis ſilentij & cu-  
ſtodix linguæ progrediamur.

QVINQVAGINTA DVO  
COMMODA ET FRUCTVS  
taciturnitatis & cuſtodix  
linguæ.

CAPVT XX.

*Silentium edificat, homines angelis ſimiles  
reddit, & animam ſolicite  
cuſtodit.*

In his commodis recensendis

erimus

erimus breuiore, eò quòd contrariorum contrariæ sint rationes; ita vt qui rectè ex septendecim capitibus præcedentibus cognouerit incommoda loquacitatis, & lingue effrenis, faciliùs incognitionē veniat taciturnitatis & silentij.

Primùm ergo in hoc capite sit, quòd valdè ædificat. In hoc enim sollicitus est D. Paulus 1. Cor. 14. 26. vt omnia ad ædificationem fiant. & 1. Thes. 5. 11. *Ædificate alterutrū sicut & facitis.* quòd & per silentiū fieri consuevit. Legimus siquidem in Vitis patrum, cum Theophylus Alexandrinus in Schitim venisset, fratres rogasse Abbatem Pambonem, vt quicquam proferret in ædificationem pontificis Theophyli. Qui respondit, si in taciturnitate mea non ædificatur; neq; in sermone meo ædificabitur. Quin & alius quidam senex dixit, vt idē auctor meminit, si voluerimus ta-

*Ædificat:  
silentium*

cere

cere, exēplum solum sufficit proximo.

*Red-  
dit an-  
gelis  
simi-  
les.*

Secundū est, quod reddimur angelis in cœlo similes: vbi Apoc. 8. 1. factum silentium. Quod si seruasset Lucifer, vtiq; non cecidisset, vt docuimus capite quinto. Angeli verò si in cœlo loquuntur, ora in laudes Dei soluunt. Vide plura capit. 2. numer. 1.

*Ani-  
mam  
custo-  
dit.*

Tertiū est, quod animam custodit, & quidem ab angustijs, Proverb. 13. 3. *Qui custodit os suum, custodit animam suam.* Quam sollicitè verò animam custodire debeamus, diximus superiori capite 3. numer. 1. Hinc S. Arsenius præceptor duorum Imperatorum Honorij & Arcadij, in palatio constitutus, audiuit vocem cœlitus sibi dicentem. Arseni, fuge, tace, quiesce. Diuus quoq; Macharius, vt est in Vitis Patrum, sicut & præcedens exemplum, interrogatus à

quod m

quodam sene; qua ratione posset saluari. Respondit: oportet fugere homines, & sedere in cella, & pro peccatis iugiter lamentari, & quòd super omnes virtutes est, tam linguam cōtinere quàm ventrem. Unde benè dixit Michæas cap. 7. 5. *Nolite credere amico; & nolite confidere in duce. Ab ea qua dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Et certè si propter amicum & ducem etiam claustra oris conseruanda sunt, multò magis propter alios malos. Quales paulò ante ibidem idem Propheta depinxit vers. 4. *Qui optimus est in eis quasi palurus, & qui rectus quasi spina de sepe.*

## CAPVT XXI.

*Per silentium & taciturnitatem homo ascendit super se, Beatitudinis fit particeps, & vero bono fruitur.*

**P**rimò homo supra se ascendit, Homo quòd docet Ieremias in Thre. <sup>super</sup> *Sedebit solus* <sup>se ele-</sup> *uatur* <sup>silētio.</sup>